



RVDIMENTA
GRAMMATICES
LINGVÆ TVRCICÆ.

DE PRONVNCIATIONE Litterarum, earúmque Figuris.





ALPHABETVM

FIGVRA.

In fine.	*In medio.*	*In principio.*
ا ـا	ـا	ا
ب ب ـب	ـبـ ـبـ	بـ بـ
ت ت ـت	ـتـ ـتـ	تـ تـ
ث ث ـث	ـثـ ـثـ	ثـ ثـ
ج ـج	ـجـ	جـ
ح ـح	ـحـ	حـ حـ
خ ـخ	ـخـ	خـ
د ـد	ـد	د
ذ ـذ	ـذ	ذ



TVRCICVM.

Ordo.	Poteſtas.	Nomen.	
1	A & e	Eliph	أَلِفْ
2	B	Be	بَا
3	T	Te	تَا
4	Tſ	Tſe	ثَا
5	G	Gim	جِيمْ
6	Hh	Hha	حَا
7	Ch	Cha	خَا
8	D	Dal	دَالْ
9	Dz	Dzal	ذَالْ

In fine.	*In medio.*	*In principio.*
ـر ر ـر ر	ـر ر	ر ر
ـز ز ـز ز	ـز ز	ز ز
ـس س ـس س	ـسـ	سـ
ـش ش ـش ش	ـشـ	شـ
ـص ص ص	ـصـ	صـ
ـض ض ض	ـضـ	ضـ
ـط ط	ـطـ	طـ
ـظ ظ	ـظـ	ظـ
ـع ع	ـعـ	عـ
ـغ غ	ـغـ	غـ

Ordo.	Poteſtas.	Nomen.	
10	R	Re	رَا
11	Z	Zein	زين
12	S	Sin	سين
13	Sch	Schin	شين
14	Sſ	Sſad	صاد
15	Zz	Zzad	ضاد
16	Tt	Ta	طا
17	Dz	Dza	ظا
18	Aa	Aain	عين
19	G	Gain	غين

In fine.	*In medio.*	*In principio.*
ف ف ف	ـفـ	فـ
ق ق ق	ـقـ	قـ
ك ك	ـكـ	كـ كـ
ل ل ل	ـلـ	لـ
م م	ـمـ	مـ
ن ن ن	ـنـ ـنـ	نـ نـ
و و	و و	و
ه ه	ـهـ ـهـ	هـ هـ
لا لا	لا	لا
ي ي ي	ـيـ	يـ يـ

Ordo.	Poteſtas.	Nomen.	
20	F	Fe	فَا
21	Cq	Cqaf	قَافْ
22	K	Kef	كَافْ
23	L	Lam	لَامْ
24	M	Mim	مِيمْ
25	N	Nun	نُونْ
26	V	Vau	وَاوْ
27	H	He	هَا
	L & A vel F	Lam Eliph	لَامْ أَلِفْ
28	I	Ie	يَا



CAPVT PRIMVM.

TVRCÆ vtuntur totidem ferè Litteris & ijſdem Characteribus quibus Arabes : Tribus tamen eorum Alphabetum excedere videtur, nempe ڭ & چ پ Atque, vt apud iſtos, vnaquæque littera varias habet formas, initio, medio, ac fine dictionis, prout ex præcedenti Tabella facilè quiſque percipere poteſt.

Aduertendum tamen eſt litteras aliquot, aliter hac in Lingua quàm in Arabica pronunciari, videlicet ب quæ quando tribus ſubſcriptis punctis inſignitur, ſic پ pronunciari debet vt P, Latinum. ج quoque cum tribus punctis ſic چ pronunciari debet vt Schim. ض vero

vero & ظ pronunciantur eodem fere modo tanquam duplex *zz*. ك autem cum tribus punctis suprapositis, sic ڭ aut sic ګ efferri debet vt *ng*, vel si mauis gamma nunnatum, túmque vocatur *Kef agemi*, hoc est *Kef Persicum*; Sæpe tamen sonat vt *g Latinorum*, & aliquando vt i sed rarius. و etiam durius pronunciatur à Turcis quàm ab Arabibus.

DE VOCALIBVS.

Cap. II.

VOcales apud Turcas tres sunt, vt apud Arabes,

Nomen,		*Sonus,*	*Figura.*
أُوسْتُونْ	*Vstun*	a declinans ad e,	بَ
كَسْرَ	*Kesre*	i simplex,	بِ
أُوتُرُو	*Vturu*	v Gallicũ siue Italicũ,	بُ

Notandum hîc venit geminationem vocalium non esse in vsu vt apud Arabes, nisi fortè in vocibus quibusdam merè Arabicis.

Præter vocales vtuntur etiam Turcæ notis illis quas Arabes vocant جَزم *gezem*, تَشديد *teschdid*, & هَمزه *hamze*, quæ eodem officio funguntur apud vtrosque, nam جَزم est signum euocandæ litteræ, quæ ea afficitur, ad constituendam vnam eandémque syllabam cum vocali quæ eam præcedit, vt أَر id est *vir*, pronunciari debet *er*, ac sic hæc nota pingitur ° vel sic ˙ Ita quoque تَشديد est signum duplicandæ litteræ cui supra-ponitur vt مُقرّر *confirmatus*.

Sic autem pingitur • &cæt. de quibus conſule Grammaticam Arabicam Gabrielis Sionitæ, & Io. Heſronitæ Maronitarum, & aliorum, quoniam breuitatis cauſa ea, quæ ibi ſatis copiosè explicantur, omiſimus vtpote à Turcis vt plurimum neglecta.

DE NOMINE EIVSQVE accidentibus.

Cap. III.

IN Nomine conſiderare poſſumus, Genus, Numerum, Declinationem, Speciem, & Comparationem.

Genus vnicum eſt, ſeu inuariabile, nam كوزل exempli gratia, ſignificat *pulcher, pulchra, pulchrum:* كوزل ادم *pulcher homo,* كوزل عورت *pulchra fœmina,* كوزل حيوان *pulchrum animal.*

Numerus duplex eſt, Singularis, Pluralis: formatur autem Pluralis numerus à Singulari adiecta ad calcem particula لَرْ vt آدَمْ *homo*, آدَمْلَرْ *homines*, عَوْرَتْ *fœmina*, عَوْرَتْلَرْ *fœminæ*.

Declinatio vnica eſt ac ſimplex, eiuſque caſus diſtinguuntur litteris quibuſdam calci nominum appoſitis, ita vt characteriſtica Genitiui ſit ڭ *agemi*, quod, vt ſupra monuimus, eſt pronuntiandum. Characteriſtica Datiui ه *He*. Accuſatiui ي *i*. Diacritica Vocatiui, qui alioquin Nominatiuo ſimilis, eſt particula يَا aut إِيْ quod ſonat vt *i* ſimpliciter, eſtque elegantius, ac reſpondet particulæ Vocatiuæ ô Latinorum. Characteriſtica Ablatiui eſt particula دَن *den*, quæ per *a*, *ab*, *ex*, Latinè redditur. Quod regulariter ac generaliter obſer-

uandum in omnibus cujusuis generis, ac numeri Nominibus.

EXEMPLVM.

Plural.			Sing.	
homines	ادملر	No.	*Homo*	ادم
hominum	ادملرك	Ge.	*hominis*	ادمك
hominibus	ادملره	Da.	*homini*	ادمه
homines	ادملري	Ac.	*hominem*	ادمي
ô homines	يا ادملر	Vo.	*ô homo*	يا ادم
ab hominibus	ادملردن	Ab.	*ab homine*	ادمدن

Plura.			Sing.	
mulieres	عورتلر	No.	*Mulier*	عورت
mulierum	عورتلرك	Ge.	*mulieris*	عورتك
mulieribus	عورتلره	Da.	*mulieri*	عورته

Mulieres	عورتلرني	Ac.	*mulierem*	عورتي
ô mulieres	يا عورتلر	Vo.	*ô mulier*	يا عورت
à mulierib.	عورتلردن	Ab.	*à muliere*	عورتدن

Nomina tamen terminata per vnam harum litterarum ا و ي & ه quæ valent *a o i* & *e*, aſſumunt in Genitiuo litteram ن ante ك ſic نك & ſonat vt *nung*, ac datiuo affigunt يه *yeh*. Scribūtur autem hæ characteriſticæ, vel ſeparatim, vel conjunctim: exempli gratia بابا *pater*, بابانك *patris*, بابايه *patri*: Sic ايلچي *legatus*, ايلچينك *legati*, ايلچيه *legato*. Ita etiam اولو *mors*, اولونك *mortis*, اولويه *morti*,

خزينه *thesaurus*, خزينهك *thesauri*, خزينه يه *thesauro*.

Nomina etiam terminata in ك *Kef* quod pronunciatur vt ي *i* subiacent quoque supradictæ regulæ vt بك *beyg*, *dominus*, بكنك *domini*, بكيه *domino*.

Species vero Nominis Deriuatiua quam Possessiuam Grammatici vocant, componitur à Primitiua per additionem لي vel لو vt اودون *lignum*, اودونلو *ligneus*. Sic كوك *cælum*, كوكلو *cælestis*, زينت *ornamentum*, زينتلو *ornatus*, طاش *saxum*, طاشلو *saxeus*, frequentius tamen vtuntur لو

Sed deriuatiua ſpecies qua dignitates officia, ac opificia, ſeu artes exprimunt, fit per additionem prædictarum particularum لو & لي ac etiam جي vt آت *equus*, آتلو *eques*, فرانسة *Gallia*, فرانسهلو *Gallus*, قپو *ianua*, قپوجي *ianitor*, بوستان *hortus*, بوستانجي *hortulanus*. Quæ tamen nomina جي recipiunt, officium vel opificium plerumque ſignificant, vt كمي *nauis*, كميجي *nauta*, اتمك *panis*, اتمكجي *piſtor*.

Abſtracta formantur à Concretis, aſſumpta particula لق aut لك vt تكري *Deus*,

Deus, تكريلك *Deitas*, حسته *ægrotus*, حستهلق *ægrotatio, morbus*, كميجي *nauta*, كميجيلق *nauigatio*, ار *vir*, ارلق *virilitas*, & ſimilia.

Diminutiua item formantur, aſſumpta particula جق *gic*, quæ fini dictionis affigitur, vt او *domus*, اوجق *domuncula, parua domus*, اوغلان *puer*, اوغلاجق *paruus puer, puerulus*.

Comparatiuus gradus exprimitur aſſumpta particula دن id eſt, à, *ab, ex*, quæ affigitur nomini, cui aliquid comparatur, ſeu de quo aliquid prædicatur, vt بالدن تطلو *melle dulcius*, quaſi dice-

rent, *melle ex dulcis*: Aliquando tamen, ſed raro, addunt Poſitiuo particulam, رك vel روق vt زيدنويدن يكرك ولطيفروق id eſt, *Zeido melior & honeſtior*, بالدن تطلوروق *melle dulcior*.

Obſeruabis etiam Poſitiui gradus nominis ايو *bonus*, Comparatiuum eſſe irregularem يك *melior*, & Superlatiuum غايت ايلة يك *optimus*.

Superlatiuus autem gradus effingitur additis duabus dictionibus غايت ايلة id eſt, *cum exceſſu*, puta ſummè, ante poſitiuum, vel Comparatiuum,

vt غايت ايله يوكسك *altißimus*, ac si diceret, *summè altus*. Vulgares tamen ac plebei ad significandum gradum Comparatiuum, atque Superlatiuum vtuntur nominibus آرتك زياده id est, *magis*, aut اكسك id est, *minus*, exempli gratia اندن زياده يوكسك id est, *illo altior*, quod sic ad verbum redderemus, *illo magis altus*. Qui loquendi modus, vt est minus elegans apud illos, ita vsu quoque est infrequens.

DE PRONOMINE.
Cap. IV.

PRonomina primitiua sunt بن *ego*, سن *tu*, اول *ille*, بز *nos*, سز *vos*, انلر *illi*.

Demonstratiuum autem *hic* , *hæc*, *hoc*, exprimitur per voculam بو cuius Plurale est بونلر

Relatiuum *qui* , *quæ* , *quod* , per dictiunculam كه in vtroque numero , & est dictio indeclinabilis; & aliquando per كم sed raro : كم autem , id est, *quis* ? plurale est كملر quæ dictio est interrogatiua. Singulorum autem declinationes paulo post dabimus.

Possessiuum primæ personæ formatur adiecta littera م *mim* , in Singulari, & مز in Plurali vt او *domus* , اوم *domus mea* , اومز *domus nostra* , اولرم aut اولرمز *domus meæ*, & *domus nostræ*,

قول *seruus* , قولم *seruus meus* , قولمز *seruus noster* , قوللرم & قوللرمز *serui*, *mei*, & *serui nostri*, ſonátque in Singulari, vt *em*, aut *vm*, & in Plurali, vt *miz*, vel *muz*.

Secundæ perſonæ Poſſeſſiuum formatur addita fini eius littera *Kef agemi*, cum ſuis diſtinctiuis punctis, de qua ſupra: & ſonat vt *vng*, cui vt Pluralis formetur, affigitur ز ſic كز quod ſonat vt *engus*. Exemplum eſto او *domus*, اوك *domus tua*, اوكز *domus veſtra*, اولركز *domus veſtræ*, ſic ات *equus*, اتك *equus tuus*, اتكز *equus*



vester, اتلركز *equi vestri.*

Tertiæ personæ Possessiuum formatur, addita fini eius littera ي tam in Singulari, quàm in Plurali, vt او *domus*, اوي *domus eius*, vel *domus eorum*, ات *equus*, اتي *equus eius*, & *equus eorum*, اتلري *equi eorum*, & *equi eius.* Et sæpe ornatus gratia eiusmodi tertiæ personæ præponunt Nomen, aut Pronomen, vt بونك اوي *domus eius*, زيدونك اتي *Zeidi equus.*

Cùm autem Relatiuum propinqui iungi debet nomini per vocalem terminato, additur in tertia persona سي *si*,

idque in singulari solummodo, vt خزينه *thesaurus*, خزينه سي *thesaurus eius*, بابا *pater*, بابا سي *pater eius*, تنكري *Deus*, تنكريسي *Deus eius*, quod fit ad vitandum duarum vocalium hyatum, qui interposito س eliditur. His adde duo nomina آدم & بر Dicunt enim آدمسي *homo eius*, برسي *vnus ex ipsis*.

Superiores autem illæ Possessiuæ particulæ Nominibus affixæ variantur per omnes casus, immobili manente Substantiuo cui affiguntur, quæ regula est vsu frequentissima, vt او *domus*, اوم *domus mea*, اومڭ *domi meæ*, اومه *do-*

mui mea, أُوِّي *domum meam*, يَا أُمِّ *ô*
أَبِ *domus mea*, أَومَدَنْ *à domo mea*; ſic
equus, أَثَمْ *equus meus*, أَثَمُّكْ *equi mei*,
يَا أَتَمْ *equo meo*, أَتِمِّي *equum meum*, أَتَمَّة
ô eque mi, أَتَمَدَنْ *ab equo meo*. Sic quo-
que in Plurali, أَثْلَرْ *equi*, أَثْلَرُمْ *equi mei*,
أَثْلَرِمِزْكْ *equorum meorum*, & *noſtrorum*,
أَثْلَرِمِزِي *equis meis*, & *noſtris*, أَثْلَرِمِنْ
equos meos, & *noſtros*, أَثْلَرِمِزدَنْ *ab equis*
meis, & *noſtris*, & ſimilia.

PRO-

PRONOMINIS PRIMITIVI
Primæ personæ Declinatio.

	Plura.			Sing.
Nos	بِيز	No.	*Ego*	بن
noſtrùm	بِيزم	Ge.	*mei*	بنم
nobis	بِيزه	Da.	*mihi*	بكا
nos	بِيزي	Ac.	*me*	بني
ô nos	يا بِيز	Vo.	*ô ego*	يا بن
à nobis	بِيزدن	Ab.	*à me*	بندن

PRONOMINIS PRIMITIVI
Secundæ perſonæ Declinatio.

	Plura.			Sing.
Vos	سِيز	No.	*Tu*	سن
veſtrùm	سِيزك	Ge.	*tui*	سنك

vobis	سيزن	Da.	tibi	سڭا
vos	سيزي	Ac.	te	سني
ô vos	يا سيز	Vo.	ô tu	يا سن
à vobis	سيزدن	Ab.	à te	سدن

PRONOMINIS PRIMITIVI
Tertiæ personæ Paradigma.

Plura.			Sing.	
Illi, Ipsi	انلر	No.	Ille, Ipse	اول
illorum	انلرڭ	Ge.	illius	اونڭ
illis	انلره	Da.	illi	اڭا
illos	انلري	Ac.	illum	اوني
ô illi	يا انلر	Vo.	ô ille	يا اول
ab illis	انلردن	Ab.	ab illo	اندن

PRONOMINIS DEMONſtratiui Declinatio.

Plura.			Sing.	
Hi, hæ, hæc	بونلر	No.	*Hic, hæc, hoc*	بو
horum, harum.	بونلرك	Ge.	*huius*	بونك
his	بونلره	Da.	*huic*	بوكا
hos, has, hæc	بونلري	Ac.	*hunc*	بوني
ab his	بونلردن	Ab.	*ab hoc*	بوندن

PRONOMINIS JNTERrogatiui, & aliquando Relatiui Declinatio.

Plur.			Sing.	
Qui, quæ, quæ	كيملر	No.	*Quis, quæ, quod*	كيم
quorum, quarum	كيملرك	Ge.	*cuius*	كيمك

quibus	كِمْلَرَه	Da.	*cui*	كِمَهْ
quos, quas, quæ	كِمْلَرِي	Ac.	*quem, quã, quod*	كِمِي
à quibus	كِمْلَرْدَنْ	Ab.	*à quo, à qua, à quo*	كِمْدَنْ

Eodem penitus modo declinant Pronomina Poſſeſſiua بَنِمْكِي *meus*, سَنُڭْكِي *tuus*, اُونُڭْكِي *ſuus*, بَنِمْكِيلَرْ *mei*, سَنُڭْكِيلَرْ *tui*, اُونُڭْكِيلَرْ *ſui*, بِيزِمْكِي *noſter*, سِيزُڭْكِي *veſter*, اَنْلَرُڭْكِي *qui, quæ, quod eorum eſt*: & in Plurali بِيزِمْكِيلَرْ *noſtri*, سِيزُڭْكِيلَرْ *veſtri*, اَنْلَرُڭْكِيلَرْ *qui, quæ eorum ſunt*: Vbi aduertas oportet huiuſcemodi Poſſeſſiua eſſe compoſita ex Pronominibus Primiti-

uis, & Relatiuo كِه *qui, quæ, quod*, eiúſque Plurali كِيلَر quaſi dicas, *qui meus, qui tuus*, &c. Sed frequentius & elegantius exprimunt ſignificationem eiuſmodi Pronominum , per Pronomina poſſeſſiua Primæ, Secundæ, & Tertiæ perſonæ, de quibus ſingulis, te ſupra monuimus.

Sic declinabis etiam قَنْغِي *qualis*, هَرْكِم *quiſquis, quicunque*, نَه *quid, quod*, & ſimilia.

DE VERBO ET Formatione Modorum, Temporum, ac Perſonarum.

Cap. V.

VErborum tempora ferè omnia, tanquam à ſcaturigine & fonte

deriuantur ab Infinitiuo Actiui, rejecta particula مق aut مك quæ illi ſemper affigitur.

Itaque modi Indicatiui tempus præſens ab Infinitiuo effluit, relicta ſyllaba مق & aſſumpta ſyllaba رم aut رم vt سومق id eſt, *amare*, سورم *amo*, vel سورم quod idem eſt.

Indicatiui Actiui perſona tertia Singularis terminatur ſemper in ر *r* ſicut tertia Pluralis in لر *ler*, vt سور hoc eſt, *Amat*, سورلر *amant*. At in Verbis negatiuis, quæ Turcæ agnoſcunt, tertia itidem Singularis terminatur in مز *mez*,

nihil variata tertia Plurali, vt سومز *non amat*, سومزلر *non amant.*

Præteriti imperfecti persona prima, formatur à Tertia præsentis Indicatiui affixa particula دم vt سور *amat*, سوردم *amabam.*

Præteritum perfectum formatur ab eodem Infinitiuo, mutata particula مق in particulam, دم vt سومق *amare*, سودم *amaui.*

Quòd si littera Infinitiui quæ præcedit syllabam, siue particulam مق sit vna istarum ق ط ص ش س ج ت ب littera د *dal*, Characteristica Præteriti pronuntiatur, vt ث *teschdidatum.* Exemplum

esto, احمق *aperire*, احدي *aperuit*, quod proferunt *Achetti*, non *achedi*, & sic de cæteris. Aliquando tamen, ad formationem huius præteriti, particula مق Infinitiui, mutatur in دب exempli gratia سومق *amare*, سودب *amaui, amauisti*, &c. Inseruit enim omnibus eiusdem præteriti personis, & aliquando eo vtuntur in vtroque numero per omnes personas ac tempora, & potissimum in diplomatibus Regijs.

Ab eodem quoque Infinitiuo emanat Præteritum plusquam perfectum, mutata è particula مق finali ق in ش & variata motione *Phata*, siue *Vstun* in *Kesry*, sic مق in مش atque addito ايدم

Exemplum

Exemplum سومق *amare*, سومش ايدم *amaueram*, sæpius tamen compendij gratia ommiſſo مق & *eliſo* ا ex ايدم ab eodem سومق formant سويدم *amaueram.*

Futurum etiam ab eodem Infinitiuo procedit, mutata ſyllaba مق in يم ſic سومق *amare*, سويم *amabo.*

Imperatiuus modus ſimiliter ab Infinitiuo deſcendit, relicta ſyllaba مق hoc modo سومق *amare*, سو *ama.*

Optatiuus & Subiunctiuus inſtar Futuri mutant مق in م aut vice prioris aſſumunt سم hoc modo, سومق *ama-*

F

re, سوم & سوسم Optatiuo autem præponunt بولاكي *vtinam*, &. Subjunctiuo اكر *si*. Aliquando etiam Infinitiuo modo, quem diximus ſemper terminari in مق aut مك detracta hac particula, apponunt particulam مغين quæ tunc ſignificat *quia*, eóque vtuntur vice cuiuſuis temporis. Exempli gratia بيوك اولغين *quia magnus ſum, es, eſt, eram, eras, erat, fui, fuiſti*, &c. Sæpe etiam mutant eandem ſyllabam مق vel مك Infinitiui in دكه vel دقجه precedēte vt plurimū particula هر ſignificante, *quotieſcunque*.

Exempli gratia هر كلدكجه id est, *quotiescunque venit, veniam, veniet, venio, venerunt*, &c. Nam inseruit omnibus Modis, Temporibus, & Personis; quæ omnia frequenti lectione, & sequentibus exemplis facillima fient.

CONIVGATIO VERBI

سومك *Amare.*

Cap. VI.

Indicatiui. Præsens.

Ego Amo	*Singularis.*	بن سودم
tu amas		سن سورسن
ille amat		اول سور
nos amamus	*Pluralis.*	بيز سوريز
vos amatis		سيز سورسيز
illi amant		انلر سورلر

Moneo te ſecundam perſonam Pluralis, non ſolùm terminari particula سيز ſed vſurpari etiam particulã سكز ſic cum *Dhammo*, ſiue *Uturu*, vel سكز cum *Keſry*, ac ideo dici سورسكز *amatis*, atque سورسيز indifferenter, ac promiſcuè.

Præteritum Imperfectum.

Amabam	*Singularis.*	سوردم
amabas		سوردك
amabat		سوردي
amabamus	*Pluralis.*	سوردك & سورلردك
amabatis		سوردكز & سورلردكز
amabant		سورديلر & سورلرمش & سورلردي

Præteritum Perfectum.

Amaui	Singularis.	سودم
amauisti		سودڭ
amauit		سودي
amauimus	Pluralis.	سودك
amauistis		سودڭز
amauerunt		سوديلر

Moneo te iterum hîc in tertia perſona Singulari vſurpari سومش در & in Plurali سومشلر ac etiam dici سووب per omnes vtriuſque numeri perſonas.

Præteritum Plusquam perfectum.

Amaueram	*Singularis.*	سومش ایدم
amaueras		سومش ایدك
amauerat		سومش ایدی
amaueramus	*Pluralis.*	سومش ایدك
amaueratis		سومش ایدکز
amauerant		سومش ایدیلر

Futurum Indicatiui.

Amabo	*Singularis.*	سورم
amabis		سورسن
amabit		سور

amabimus	*Pluralis.*	سوريز
amabitis		سورسكز
amabunt		سورلر

Imperatiuus modus.

Ama tu	*Singularis.*	سو سن
amet ille		سوسون اول
amemus	*Pluralis.*	سوه لوم
amate vos		سوك سيز
illi ament.		انلر سوسونلر

Aliquando etiam addunt Imperatiuo præſenti ſyllabam غل ſed raro, non variata tamen ſignificatione, vt سو *ama,*

سوغل *ama* توط *accipe* توطغل & similia.

Futurum Imperat.

Amato tu	Singularis.	سوه سن
amato ille		اول سوه
Amemus	Pluralis.	سوه لوم
amatote		سوه سير
amanto.		سوهلر

Optatiuus, assumpta per omnes personas, ac numerum vtrumque particula بولاكي *vtinam.*

Amarem	Singularis.	سوم
amares		سواسن
amaret.		سوا

Pluralis.

Amaremus	*Pluralis.*	سوايز
amaretis		سواسيز
amarent.		سوالر

Præteritum perfectum Optatiui.

Amauissem	*Singularis.*	سويدم
amauisses		سويدك
amauisset.		سويدي
Amauissemus	*Pluralis.*	سويدك
amauissetis		سويدكز
amauissent.		سويديلر

Futurum Optatiui modi non differt ab Optatiuo præsenti.

Subiunctiuus modus assumpta similiter particula اكر *si*

Amem	*Singularis.*	سوسم
ames		سورسك & سوسك
amet.		سورسه & سوسه
Amemus	*Pluralis.*	سوايز
ametis		سوسكز
ament.		سورلرسا

Præteritum perfectum Subiunctiui.

Amauerim	*Singularis.*	سوسيدم
amaueris		سوسيدك
amauerit.		سوسيدى
Amauerimus	*Pluralis.*	سوسيدك
amaueritis		سوسيدكز
amauerint.		سوسيديلر

Futurum quoque ſubiunctiui modi non differt à Subjunctiuo præſenti; Notabis tamen apud Turcas Optatiuum & Subiunctiuum ſæpe vſurpari in eadem ſignificatione indifferenter ac promiſcuè.

Infinitiuus.

Amare,	سومق
Amauiſſe, aut *res amata,* & *amicitia.*	سودك

Moneo te hîc ك *Quiaf* Præteriti Infinitiui pronunciari vt غ *gain*, ac etiam hoc tempus vſurpari pro Præteritis Optatiui & Subiunctiui addita particula دن cum particulis صكره *poſt*, aut اول *ante*, ſic سودكدن صكره *poſtquam amauiſ-*

ſet, & *amauerit*, سَوْدِكْدَنْ اَوَّلْ *antequam amauiſſet ac amauerit*, & hoc per omnes Perſonas, & vtrumque numerum horum Modorum. Aliquando etiam hic Modus tranſit in ſignificationem nominis, ac tunc ſequitur regulam nominum, vt زَيْدوُنْكْ سَوْدِكْنْدَنْ صُكْرَه *poſt amicitiam Zeidi*, &c.

Gerundia.

Amandi	سَوْمَكَهْ
amando	سَوَرْكَنْ & سَوَرَكْ
amandum	سَوْمَقْ اِيچُونْ

Participia.

Amans	سَوَنْ
amaturus	سَوَجَقْ & سَوِسَرْ

amaturus iam	سومِلو
amator	سوجي
amatus	سومِيس

Obſeruabis hîc Participium سوجق habere promiſcuè Actiuam aut Paſſiuam ſignificationem, ac ſignificare *amaturus*, & *amandus*, ſicut كورجق *viſurus*, & *videndus*. Vtuntur etiam vocabulis سومِلر & سوِيش quæ exprimunt per hoc nomen, *amicitia*, vt etiam كليش كِديش & كلِلر كِتملر quod Gallicè *allée*, ac *venuë*, dici poteſt, ſed hoc rariſſimè; Frequentius vſurpant in Præteritis, Optatiui, & Subjunctiui, dictionem

اولایدم cum Participio سومیش pro ایدم ac etiam in Præterito plusquam perfecto Indicatiui, vt سومیش اولایدم pro سومیش ایدم ac etiam سویدم id est, *amaueram*, اکر سومیش اولایدی *si amauisset*, & hoc per omnes Personas, & vtrumque numerum vt videre poteris in coniugatione Verbi substantiui.

DE FORMATIONE Paßiuorum.

Cap. VII.

AB eodem Infinitiuo actiui Turcæ Passiuum formant, addita littera ل ante particulam مق vt سومق *ama-*

re, سولق *amari*. Infinitiuum ab Infinitiuo elicientes.

Coniugatur autem iſtud eodem modo quo illud, manente vbicunque immobili Characteriſtica ل in ſuo loco, ita tamen vt littera quæ illam præcedit, afficiatur motione *Keſry*: Exempli cauſa سومق *amare*, سولق *amari*, سولرم *amor*, سويلردم *amabar*, سولدم *amatus fui*, سوليم *amabor*: & ſic in cæteris perſonis per vtrumque numerum.

DE VARIIS VERBORVM Claſsibus.

Cap. VIII.

VSu frequentiores claſſes ſunt Verborum tranſitiuæ ſignificationis

in alium; proxima huic eſt Verborum cooperatiuorum, ſeu mutuæ ac reciprocæ actionis; quæ ſequitur eſt Verborum non tranſeuntium, quorum ſcilicet actio perſonam agentis non egreditur.

Quando igitur volunt formare Verbum, cuius actio tranſeat in alium, tunc ante particulam مق Infinitiui agentis addunt particulam در vt سومك *amare*, سودرمك *amare facere*, vnde سودررم *amare facio*; & coniugatur eodem modo quo actiuum, retenta conſtanter particula در in prædicto loco, ídque per omnes Modos, Tempora, Numeros, & Perſonas; Notabis tamen quòd Verba habentia ب ت ج س ش ص ط ق ante مق in Infinitiuo, د pronunciatur

vt

vt تّ techdidatum, ſicut monuimus ſupra capite V. De Verbo, & Formatione Modorum. Sæpius etiam Verba habentia ح aut ش ante مق in Infinitiuo, reijciunt litteram د & admittunt tantum litteram ر ante مق ſic اچمق *bibere*, اچرمق *bibere facere*, پشمق *coquere*, پشرمق *coquere facere*.

Similiter cùm volunt formare Verba cooperantis actionis, quæ reciprocantia licebit appellare, addunt litteram ش ante Infinitiui Particulam مق vt, ne variatis exemplis memoriam confundamus, سومق *amare* سوشمق *amare ſe*

mutuo, siue *coamare se*, سوشرز *nos inuicem amamus*, سوشرلر *amant se inuicem.* Et inflectitur vt Actiuum manente characteristica significationis ش in suo quo monuimus loco per omnes Modos, Tempora, Numeros & Personas, & *Kesry* sub littera quæ ش præcedit.

Pari quoque methodo ac facilitate formantur verba intranseuntis significationis, siue quæ extra Personam agentis non effluunt, addita littera ن ante eandem Infinitiui terminalem syllabam مق vt سومق *amare*, سونمق *amare se*, vel *seipsum*, اوكمك *laudare*, اوكنمك *laudare se*, Et inflectitur vt superiora, littera ن



constanter remanente in suo loco, vt supra monuimus. Tamen aduertas velim, hunc loquendi modum vsurpari sæpe etiam in Passiua significatione, vt exempli gratia آلمق *accipere*, آلنمق *accipi*, قپمق *claudere*, قپنمق *claudi*, & *claudere seipsum*.

DE VERBIS NEGATIVIS.

Cap. IX.

PRæter superiores Verborum formas, est etiam aliud eorum genus, quod Negatiuum appellari potest, ac formatur & effluit ex eodem Infinitiui fonte, interjectis scilicet particulis م aut مز aut مه non quidem promiscuè & ad libitum, sed iuxta leges, quas certis

quibuſdam locis ſubiectum paradigma oſtendet, vno namque verbo exprimunt Turcæ, ea quæ Latinis effari non conceditur, niſi præpoſita negatione *Non*, aut qualibet alia vim eius habente.

CONIVGATIO VERBI Negatiui.

Indicatiui Præſens.

Non Amo	*Singularis.*	سومم & سومزم
non amas		سومزسن
non amat		سومز
non amamus	*Pluralis.*	سومزیز
non amatis		سومسیز & سومسکز
non amant		سومزلر

Præteritum Imperfectum.

Non amabam	*Singularis.*	سومزدم
non amabas		سومزدك
non amabat		سومزدي
non amabamus	*Pluralis.*	سومزدك
non amabatis		سومزدكز
non amabant		سومزديلر

Præteritum Perfectum.

Non Amaui	*Singularis.*	سومدم
non amauisti		سومدك
non amauit		سومدي

non amauimus	*Pluralis.*	سومدك
non amauiſtis		سومدكز
non amauerunt		سومديلر

Præteritum Pluſquam perfectum.

Non amaueram	*Singularis.*	سومميش ايدم
non amaueras		سومميش ايدك
non amauerat		سومميش ايدي
non amaueramus	*Pluralis.*	سومميش ايدك
non amaueratis		سومميش ايدكز
non amauerant		سومميش ايديلر

Futurum Indicatiui.

Non amabo	*Singularis.*	سومم
non amabis		سومزسن
non amabit		سومز
non amabimus	*Pluralis.*	سومزز
non amabitis		سومزسز
non amabunt		سومزلر

Imperatiuus.

Non ama tu	*Singularis.*	سومه سن
non amet ille		اول سومه سون
non amemus	*Pluralis.*	سومیه لوم
non ametis		سومه سز
illi non ament.		سومه سونلر

Futurum Imperat.

Non amato tu	Singularis.	سومیه سن
non amato ille		اول سومیه
non amemus	Pluralis.	سومیه لوم
non amatote		سومیه سیز
non amanto		سومیه لر

Optatiuus præcedente بولایکی

Non amarem	Singularis.	سومیه یم
non amares		سومیه سن
non amaret.		سومیه
non amaremus	Pluralis.	سومیه یز
non amaretis		سومیه سیز
non amarent		سومیه لر

Præteritum

Præteritum Perfectum Optat.

Non amauissem	Singularis.	سومیه ایدم
non amauisses		سومیه ایدك
non amauisset		سومیه ایدی
non amauissemus	Pluralis.	سومیه ایدك
non amauissetis		سومیه ایدکز
non amauissent		سومیه ایدیلر

Futurum Optatiui modi non differt ab Optatiuo præſenti, ſicut nec in Actiuo.

Subjunctiuus præcomitante اکر

Non amem	Singularis.	سومسم
non ames		سومسك
non amet		سومسه

non amemus	*Pluralis.*	سومزیز
non ametis		سومیسکز
non ament		سومزلرسه

Præteritum Perfect. Subjunct.

Non amauerim	*Singularis.*	سومسیدم
non amaueris		سومسیدك
non amauerit		سومسیدی
non amauerimus	*Pluralis.*	سومسیدك
non amaueritis		سومسیدکز
non amauerint		سومسیدیلر

Futurum quoque Subjunctiui modi non differt à Subjunctiuo præsenti. Notabis autem Optatiuum & Subjunctiuum sæpe vsurpari in eadem significa-

tione indifferenter ac promiſcuè, vt monuimus iam in Actiuo.

Infinitiuus.

Non amare.	سومهمق
non amauiſſe, aut *res non amata*	سومدك

Obſeruabis etiam hoc in loco regulas quæ ſub Infinitiuo actiui ſupra poſitæ ſunt.

Gerundia.

Non amandi	سومهمكه
non amando	سومركن
non amandum	سومهمق ايچون

Participia.

Non amans	سوميم
non amaturus	سوميه جق

non amator		سوجي
non amatus		سوممیش

DE CONIVGATIONE

Verbi Substantiui ايم *Sum.*

Indicatiuus præsens.

Ego sum	Singularis.	بن ايم
tu es		سن سن
ille est.		اول در & وار در
Nos sumus	Pluralis.	بيز يز
vos estis		سيز سيز & سكز
illi sunt.		انلر در

Præteritum Imperfectum.

Ego eram	*Singularis.*	بن ايدم
tu eras		سن ايدك
ille erat		اول ايدي & وار ايدي
nos eramus	*Pluralis.*	بيز ايدك
vos eratis		سيز ايدكز
illi erant		انلر ايديلر

Præteritum Perfectum.

Fui	*Singularis.*	اولدم
fuisti		اولدك
fuit		اولدي

fuimus	*Pluralis.*	أُولْدُكْ
fuiſtis		أُولْدِكُزْ
fuerunt		أَولْدِيلَرْ

Vſurpant etiam hîc voces أُولُوبْ &

اِيدُوبْ & أُولْنُوبْ per ſingulas perſonas

vtriuſque numeri, & ijs vtuntur per omnes Perſonas, Modos & Tempora, potiſſimum in diplomatibus regijs. Aſſumunt etiam in tertia perſona præteriti perfecti

أُولْنْدِيْ & اِيمِشْ

Præteritum pluſquam Perfectum.

Fueram	*Singularis.*	أُولْمِشْ اِيدُمْ
fueras		أُولْمِشْ اِيدِكْ
fuerat		أُولْمِشْ اِيدِيْ

fueramus	*Pluralis.*	اولمش ايدك
fueratis		اولمش ايدكز
fuerant		اولمش ايديلر

Futurum.

Ero	*Singularis.*	اولورم
eris		اولورسن
erit		اولور
erimus	*Pluralis.*	اولوريز
eritis		اولورسيز & اولورسكز
erunt		اولورلر

Imperatiuus.

Esto tu	*Singularis.*	اولاسن
ille sit		اول اولسون
simus	*Pluralis.*	اولالوم
estote vos		سیز اولوکز
sint.		انلر اولسونلر

Futurum Imperatiui.

Esto tu	*Singularis.*	اوله سن
esto ille.		اول اوله & اوله
Simus	*Pluralis.*	اوله لوم
estote		اوله سیز
sunto.		اوله لر

Optatiuus

præcedit afficitur motione, vel vocali *Kesry*, vt انلرك كميلرين الديلر id est, *naues eorum acceperunt*.

Habent tamen Turcæ multas regulas à Latinorum regulis non discrepātes, nam vt apud istos, Verbum actiuum regit quoque Accusatiuum, dicunt enim سليماني سودم *amo Salomonem*.

Simili conuenientia regularum, Passiua optant jungi cum Ablatiuis, nam dicunt خلقدن سولر *amatur à populo*.

Eodem consensu Verbum acquisitiuè positum regit Datiuum, vt سليمانه ويرديلر *dederunt Salomoni*. Ac ne prolixiores essemus plerásq; aut cum Latina aut cum alia lingua cōuenientias consulto obmisimus, vt dissidia obseruaremus.

M

Verba itaque quæ Afferre, Abducere, ac proximam iſtis ſignificationem habent, exprimunt Turcæ per alia quæ Venire, aut Abire, ſignificant: ac tum vt Arabes particulam ب iungunt Subſtantiuo ſignificanti rem allatam, vel abdu-ctam; ſic iſti vtuntur particula اِيلَهْ Exemplum كِتَابْ اِيلَهْ كَلْدِي *venit cum libro*, pro, *attulit librum*, ſic etiam قُولْ اِيلَهْ كَتْدِي *abijt cum ſeruo*, id eſt, *abduxit ſeruum*, & ſic de ſimilibus.

Quod autem Latini per Subſtantiui cum ſuo Adiectiuo concordantiam exprimunt; Hi duobus Subſtantiuis ſimul iunctis efferunt, ſic اَلْطُونْ تَاجْ *aurum corona*, pro, *corona aurea*, دمير قپي *ferrum porta*, pro, *porta ferrea*.

DE PARTICVLIS Orationis.

Cap. XIII.

Positiuus Aduerbiorum gradus non eſt ſimplex apud Turcas, ſed compoſitus particula ايلَه id eſt, *cum*, quæ vel Nomini, vel Infinitiuo verbi iungitur, vt عظمت ايلَه *cum magnificentia*, pro, *magnificè*, ايلَه رعيت *cum honore*, pro, *honorificè*, ايلَه سومق *cum amare*, pro, *amanter*, *amicè*.

Particulæ دكين دك *vſque* دن *à, ab, è, ex, de*, بجه *donec* كبي *vt, ſicut*, دَه

in, بيدن *sine* ايله *cum* & multa Aduerbia ac Præpositiones postponuntur Nomini aut Verbo cum quo iunguntur, vt يارندك & يارندكين *vsque cras*, ايلچي كليجه *donec veniat legatus*: اوده *in domo*, quibus licet iungere dictionem كرك *oportet*.

Sic etiam ponitur in fine Nominum & Verborum particula مي per quam fit interrogatio, vt كلرمي *veniet ne*? كلرميسن *venies ne tu*? ايلچيمدر *est-ne legatus*?

Simili modo quoties interrogatio fit per Vbi, particula دة qua respondetur

annectitur Nominatiuo nominis quod ſubijcitur interroganti; ſit Exemplum اوده در *vbi eſt Zeidus?* زيدون قندا در *eſt domi.*

Si verò fuerit reſpondendum ad interrogationem factam per *Quò*, ſiue Verbũ exprimatur ſiue reticeatur, ſubijcitur nomen petitum in datiuo caſu, vt حنده كدرسن *quo vadis?* اسنابوله كدرم *Conſtantinopoli vado* اوه كدرم *domui vado,* tanquam acquiſitiue poneretur.

At quando interrogatio fit per *Vnde*, ad illam reſpondetur in nominis loci poſtulati Ablatiuo, vt اسنابولدن كلرم id eſt, *venio ex Conſtantinopoli* اودن كلرم *venio ex domo.*

Si autem interrogatio fiat per Pronomen interrogatiuum كم respondendũ est in eodẽ casu per quem fit interrogatio vt apud Latinos, verbi gratia كمك بو كتاب در *Cuius est hic liber* زيدوك در *est Zeidi,* الچيك در *est Legati,* كمه ويرسن *cui dabis ,* الچيه *Legato,* & similia.

Præpositiones autem اول & اوكردو الرو *ante,* اوتورو *propter,* صكره *post,* غيري *alius,alter,*construuntur cũ Ablatiuo, vt الچيدن اول *ante Legatum,* &

prius Legato, زيدوندن صكره *post Zeidũ.*

Præpoſitio كبي *ſicut* , conſtruitur cum Genitiuo , quando coniungitur cum Pronomine , vt نه‌نك كبي *quo modo*, quaſi dicerent, *cuius modo,* سنك كبي *ſicut tu*, veluti quoque dicerent, *ſicut tui.*

Quando autem conjungitur cum Nomine, tunc conſtruitur cum Nominatiuo, vt ايلجي كبي *ſicut Legatus* , قاضي كبي *ſicut Iudex*, niſi nomen cum quo conjungitur, regatur aliunde.

At vero ده & دن *in*, & *ex*, *à ab*, *de*, quando ſubſequuntur nomina ter-

minata in ب ت ج خ س ش ص

ط ق ك iisque veluti affliguntur, tum pronunciatur د vtriusque præpositionis per ّ *Teschdidatum*, vt باشده *in Capite*, effertur ac si scriptum esset, *baschta*, nõ autem *baschda*; sic دوداقدن *doudacten, ex labio*, vel *labio tenus*, non autem *doudacdem*, cui regulæ omonymam dedimus supra cap. V. de Verbo & formatione modorum.

DE

DE NVMERORVM *notis eorúmque appellationibus.*

Caput XIV.

FIguras ſuorum numerorum retinuerunt Turcæ ab Indis, Appellationem variarunt, Poteſtatem communem cæteris gentibus fecerunt.

Poteſtas.	*Appellatio.*	*Figura.*
1	بر	١
2	ايكي	٢
3	اوچ	٣
4	درت	۴
5	بش	٥
6	آلتي	٦
7	يدي	٧

Poteſtas.	*Appellatio.*	*Figura.*
8	سَكِزْ	٨
9	دُوكُوزْ	٩
10	اُونْ	١٠
11	اُونْ بِرْ	١١
12	اُونْ اِيكِي	١٢
13	اُونْ اُوچْ	١٣
14	اُونْ دُرتْ	١٤
15	اُونْ بَشْ	١٥
16	اُونْ اَلْتِي	١٦
17	اُونْ يَدِي	١٧
18	اُونْ سَكِزْ	١٨

Poteſtas.	*Appellatio.*	*Figura.*
19	أُونْ دُوكُوزْ	١٩
20	يِغِرْمِي	٢٠
21	يِغِرْمِي بِرْ	٢١
30	أُوطُوزْ	٣٠
40	قُرْقْ	٤٠
50	اَلْلِي	٥٠
60	اَلْتْمِشْ	٦٠
70	يَتْمِشْ	٧٠
80	سَكْسَنْ	٨٠
90	دُوقْسَانْ	٩٠
100	يُوزْ	١٠٠

Poteſtas.	*Appellatio.*	*Figura.*
200	اِیكِی یوز	٢٠٠
300	اُوج یوز	٣٠٠
400	دُرت یوز	٤٠٠
500	بَش یوز	٥٠٠
600	اَلتِی یوز	٦٠٠
700	یَدِی یوز	٧٠٠
800	سَكِز یوز	٨٠٠
900	دُقُوز یوز	٩٠٠

Eadem ratione cùm vlterius progrediendum cæterarum quoque gentium more numerant.

1000	بِك	١٠٠٠
3000	اُوج بِك	٣٠٠٠

5000	بش بك	٥٠٠٠
10000	اون بك	١٠٠٠٠
30000	اوطوز بك	٣٠٠٠٠
50000	اللي بك	٥٠٠٠٠
70000	يتمش بك	٧٠٠٠٠
100000	يوز بك	١٠٠٠٠٠

Ordinales numeri formantur à Cardinalibus addito ينجي in fine ſic ex بر *vnus*, effluit برينجي *primus*, quo tamen rariſſimè vtuntur, ſed eius loco vſurpant, اول Arabicum, idémque ſignificat; At ex ايكي *duo*, manat ac manet, ايكنجي

ſecundus, ex درت *quatuor*, fit ordinalis, دردنجي *quartus*, يوز *centum*, يوزنجي *centeſimus*. Et ſic de ſimilibus.

EXERCITATIO LECTIONIS *Linguæ Turcicæ.*

ata ſinung oldi padichah Beheram Chunki
جونكي بهرام پادشاه اولدي آتاسنك
ſui-patris, fuit Rex Beheram Cùm

Nouman milkni Arab Kildi moucarrar amellerini
عمللريني مقرر قلدي عرب ملكني نعمان
Nouman regnum Arabum, confirmauit facta

dinenden Arab Noumā bou Kildi moucarrar elēdeh
الدده مقرر قلدي بو نعمان عرب دينندن
ex-lege Arabum Nouman Hic, confirmauit in-manu

idi olmich pereſt pout idi chekmich el
ال چكمش ايدي بوت پرست اولمش ايدي
fuerat adorans idolum, traxerat manum

Beheramung bin Beheram melik ta zamanēden Chabour
شابور زماندن تا ملك بهرام بن بهرامك
.Beherami filium Beheram regem Vſque-ad,à-tempore Chabor

elendeh anung milki Arab vlingeh ouact akir

الده انك ملكي عرب الجه وقت اخر

in-manu eius regnum Arabū, donec obijt, tempore Vltimo

eiledi sultanlic iil durt on iuz oldi

ايلدي سلطانلق ييل درت اون يوز اولدي

:regnauit annos quatuordecim centum, fuit

padichahleri agem Kerreh durt zamanēdeh anūg

انك زمانده درت كره عجم پادشاهلري

Imperatores Persarum vicibus quatuor, in-tempore Eius

biri Hurmuz biri Chabour biri diguichuruldi

بري هرمز بري شابور بري دكشرلدي

Vnus, Hurmuz vnus, Chabor Vnus, mutati sunt

Kichileri choc idi Hurmuz bin Beheram

كيشيلري جوق ايدي هرمز بن بهرام

homines multos, erat Hurmuzi filius, Beheram

zamanēdeh Hurmuz idi dundurmich medahbnah guēdu

زمانده هرمز ايدي دندرمش مذهبنه كندو

in-eius-tēpore, Hurmuz, redire fecerat suæ-sectæ propriæ

vldurdi toutti oni Beherā amma idi iiileh

اولدردي طوتدي اوني بهرام اما ايدي ايله

;occidit, apprehendit eum Beheram sed: erat sic

Beheram eiledi pak neslenden anung iuzni ier

بهرام ايلدي پاك نسلندن انك يوزني ير

Beheram, abstersit ex-progenie -- eius faciem terræ

eiledi chahlic gun vch ai vch iil vch

ايلدي شاهلق كون اوچ اي اوچ ييل اوچ

& regnauit dies tres, menses tres, annos tres

padich Beheram bin Beheram songrah vldi

پادشاه بهرام بن بهرام صكره اولدي

Rex Beherami filius Beheram Postea .obijt

dineni atasinung çoudi tagi bachnah oldi

دينني اتاسينك قودي تاج باشنه اولدي



legem sui-patris, imposuit coronam suo-capiti, fuit

bozmadi guzetti taricni

طريقني كوزتدي بوزمدي

.nec-immutauit, obseruare fecit viam (&)

Decerptum ex Regum Persarum Annalibus, quas Author nuper ex Orientalibus plagis asportauit.

FINIS.

Excudebat ANTONIVS VITRAY. 1635.

uoir d'eux, sur peine de confiscation d'iceux, de six mil liures d'amende applicable aux pauures, & de tous despens, dommages & interests enuers lesdits Associéz. A la charge de mettre deux exemplaires de chacune desdites Impressions en nostre Bibliothecque, auant que de les exposer en vente, à peine d'estre descheus du present Priuilege: & outre, à condition de faire imprimer lesdits Nouueaux Testaments, Catechismes & Grammaires en Langues Orientales, & en donner certain nombre d'exemplaires gratuitement, pour enuoyer par l'ordre de nostredit Cousin ausdits Missionnaires d'Orient, afin de les distribuer au peuple pour les instruire en nostredite Religion Chrestienne, conformément à leurdite promesse. SI VOUS MANDONS, que du contenu en ces presentes vous fassiez iouyr lesdits Claude Chappellet, Michel Sonnius, Foüet, Iean Sonnius, Sebastien Cramoisy, Vitray, Sebastien Chappellet, Claude Cramoisy, Claude Sonnius, Gabriel Cramoisy, Morel, la vefue Buon, le Bé, Richer, Foucault, la vefue Mejat, la Noüe, & la vefue de Varennes, pleinement & paisiblement, & à ce faire & obeyr tous ceux qu'il appartiendra, en mettant au commencement ou à la fin desdits Breuiaires & autres Vsages, ces presentes, ou l'extraict d'icelles, afin qu'elles soient tenuës pour deuëment signifiées, & qu'à la collation qui en sera faite par l'vn de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires, foy soit adioustée comme au present original. Car tel est nostre plaisir, nonobstant oppositions ou appellations quelsconques, pour lesquelles ne voulons estre differé, & desquelles, si aucunes interuiennent, nous auons retenu & reserué la cognoissance à nous & à nostre Conseil, & icelle interdite à tous autres Iuges. Donné à Chasteau-Thierry, le neufuiesme iour de Decembre, l'an de grace mil six cens trente & vn: & de nostre regne le vingt-deuxiesme.

Signé, LOVIS,

Et plus bas, Par le Roy, PHELIPEAVX.

Et seellé sur double queuë du grand seau de cire jaune.

laume le Bé, Estienne Richer, Eustache Foucault, la vefue Mejat, Denys de la Noüe, & la vefue de Varennes, les auroit choisis & nommez pour imprimer, ou faire imprimer, à l'exclusion de tous autres, lesdits Breuiaires, Missels, Diurnaux, Graduels, Psaultiers, Antiphonaires, Processionnaires, Rituels, & tous autres Vsages pour le seruice diuin, reformez & corrigez de nouueau par nostre saint Pere le Pape, suiuant le Concile, en telle forme & caractere qu'ils verront bon estre, & ce, pendant ledit temps & espace de trente années; à la charge qu'ils imprimeroient les Noueaux Testaments, les Catechismes, & les Grammaires és Langues Orientales: & en donneroient gratuitement certain nombre, qui sera enuoyé aux Missionnaires d'Orient, pour les distribuer à ceux qu'ils desireroient instruire en la verité de nostre Religion, ainsi que plus au long est porté par l'Acte separé de ladite nomination cy, auec la copie collationnée du pouuoir par nous donné à nostredit Cousin, attaché sous le contre-seel de nostre Chancellerie. A CES CAVSES, Nous auons permis, & par ces presentes signées de nostre main, permettons ausdits Claude Chappellet, Michel Sonnius, Foüet, Iean Sonnius, Sebastien Cramoisy, Vitray, Sebastien Chappellet, Claude Cramoisy, Claude Sonnius, Gabriel Cramoisy, Morel, la vefue Buon, le Bé, Richer, Foucault, la vefue Mejat, de la Noüe, & la vefue de Varennes, d'imprimer, ou faire imprimer, priuatiuement à tous autres, aux plus beaux Caracteres, sur le meilleur papier, & le plus correctement que faire se pourra, lesdits Breuiaires & autres Vsages pour le seruice diuin, reformez & corrigez par nostredit saint Pere le Pape, suiuant ledit Concile, & iceux exposer en vente, & les distribuer pendant ledit temps & espace de trente années: defendant à tous Imprimeurs, Libraires, & autres personnes, de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en imprimer, ou faire imprimer en aucuns lieux de cestuy nostre Royaume, pays, terres & seigneuries de nostre obeïssance, ny ailleurs, ny aux Estrangers d'en faire venir ny apporter d'autres impressions que de celles desdits Associez, & d'en exposer en vente sans leur consentement, ou de ceux qui auront charge & pou-



PRIVILEGE DV ROY.



OVIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre, A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenans, & autres nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra : Salut. Sçauoir faisons, Que nostre sainct Pere le Pape Vrbain huictiesme à present seant, ayant faict vne nouuelle correction & reformation aux Breuiaires & autres Vsages pour le seruice Diuin, suiuant le Concile de Trente: Nous auons iugé necessaire de donner le soin & intendance de l'Impression desdits Breuiaires & Vsages à quelque personne Ecclesiastique des plus eminentes en dignité, pour voir s'ils seront bien faicts suiuant ladite correction & reformation de sa Sainctetė, pour le bien & vtilité des Ecclesiastiques & autres nos subjects, & pour ce, choisi nostre tres-cher & tres-amé Cousin le Sieur Cardinal de Richelieu, Duc & Pair de France, Grand-Maistre, Chef & Sur-intendant General de la Nauigation & commerce de ce Royaume, Gouuerneur & nostre Lieutenant General de nostre Prouince de Bretagne, sur lequel nous nous en sommes reposez, & luy auons octroyé le pouuoir & faculté de faire choix de tels Libraires & Imprimeurs qu'il iugera capables de faire dignement l'Impression desdits Breuiaires & autres Vsages, priuatiuement à tous autres, de quelque qualité & condition qu'ils soient, ausquels Libraires & Imprimeurs qui seroient par luy choisis & nommez, nous aurions voulu estre deliuré tels priuileges & lettres pour faire lesdites Impressions, que besoin seroit, & ce pour le temps & espace de trente années: suiuant lequel pouuoir nostredit Cousin bien informé de la probité, capacité, experience & fidelité de Claude Chappellet, Michel Sonnius, Robert Foüet, Iean Sonnius, Sebastien Cramoisy, Antoine Vitray, Sebastien Chappellet, Claude Cramoisy, Claude Sonnius, Gabriel Cramoisy, Charles Morel, la vefue Nicolas Buon, Guil-

des pangi & propagari poßit. Atque vt illis congrediendi cum barbaris facilior via muniatur, Societati nostræ Typographicæ, quam Rex ipse delegit, auctor fuisti, vt pios libros aliquo ex Orientalibus idiomate conscriptos, quotannis edamus, quorum ope Christiani homines, peregrinas linguas sibi comparent, feliciqúe compensatione, atque commercio, veræ fidei lumen, habitantibus in regione vmbræ mortis, importent. En ergo tibi, Eminentissime Cardinalis, *Rudiměta Linguæ Turcicæ. En symbola, quibus Barbarorum animi inuadantur. Vtinam Christianam fidem tam libenter sibi persuaderi sinant, vt etiam Christianißimi Regis Imperio (quod in eorum fatis esse dicitur) tandem aliquando se subijciant. Quod si contingere vsquam debet, dignus est LVDOVICVS, qui huius augurij fortunam excipiat: dignus ARMANDVS RICHELIVS, qui suo Regi, si ad vniuersi Orbis regimen admoueatur, vnus constantißimè administret.*

Asiæ, atque Africæ luctuosa conditio, vt quamuis præ cæteris mundi plagis, peragranti Soli subiectæ sint; tamen ex quo, à lumine veræ fidei aberrarunt, in eas noctem atram insedisse reuerà affirmare possimus. Hinc fit, vt, ex Scripturæ vaticinio, videntes non videant; vt constitutæ in clarissima luce, ac veluti in vmbilico orbis terrarum, vbi & primus homo conflatus, & veri Dei cognitione afflatus est; nihilominus in summa rerum omnium, ac præsertim salutis suæ ignoratione versentur. Munus istud est Apostolorum Christi, vt has tenebras, quocúnque incubuerint, Euangelij lumine dispellant. Eamque ob rem, Eminentissime Cardinalis, *tu qui vlli, quod Religiosissimum Antistitem deceat, officio deesse non soles, dedisti operam, vt hoc etiam munus studiosissimè adimpleres. Itaque tuo impulsu, Regioque sumptu, in dissitissimas quásque nationes submittuntur viri Apostolicæ sanctitatis, quorum operâ Christiana fi-*



ARMANDO,
EMINENTISSIMO
S.R.E. CARDINALI,
DVCI DE RICHELIEV,
PARI FRANCIÆ,



Societas Typographica Librorum Officij Ecclesiastici, iussu Regis constituta, S. P. D.





VI vniuersum Orientem, vnde Sol Orbi quotidie redditur, densissimis tenebris inuolui dicat, nequaquam is verum prædicet, Eminentissime Cardinalis; *Verumtamen, si Sol est iustitiæ Christus, si est splendor æterni Patris; profectò vbi nec affulget, nec adspirat; ibi crassam, & inertem mentibus caliginem offundi necesse est. At ea demum est*





RVDIMENTA
GRAMMATICES LINGVÆ TVRCICÆ,

Quibus eius præcipuæ difficultates ita explanantur, vt facilè possint à quolibet superari.



Viam monstrante ANDRÆA DV RYER *Marciniacensi*

Pro CHRISTIANISSIMO REGE & eius Nationibus in Ægypto Exconsule.



EDITIO SECVNDA.



LVTETIÆ PARISIORVM,
Sumptibus Societatis Typographicæ Librorum Officij Ecclesiastici, iussu Regis constitutæ.

M. DC. XXXIII.


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
6 D
56

